

ANTONII FABRI

I. C. SEBVSIANI

SERENISSIMI SABAVDIÆ

DVCIS CONSILIARII AB INTIMIS

& in supremo Sabaudia Sena-

tu Præsidis primarij,

DE ERRORIBVS

PRAGMATICORVM ET

INTERPRETVM IVRIS,

CHILIAS ABSOLVTA

SEV

QVARTA ET POSTREMA PARS

In viginti quinque Decades, vt superiores distincta.

In quibus nona pleraque potissimum circa actiones penales, rei persecutorias, mixtas, conditiones certis, incertis, fortuitis, criticariis, verum amotarium, & omnes ferè arbitrarias. Itémque circa laudimiales quæstiones. Omnia aduersus receptas veterum & recentiorum interpretum traditiones.

Ad Serenissimum atque Invictissimum D. Carolum Emanuelum Sabaudia
Ducem, Subalpatorum Principem.



Handwritten signature in cursive script, likely of the publisher Samuel Crispini, with the name 'Sillaanti' visible below it.

Sumptibus Samuelis Crispini.

M. DCXV.



SERENISSIMO ATQVE
INVICTISSIMO D. CAROLO EMANVELI,
SABAVDIE DVCL, SVBALPINORVM
Principi, &c.

ANTONIVS FABER
S. & F. P.



OSTVLABAT iampridem
ingentium meritorum er-
ga me tuorum magnitudo,
Dux inuictissime, vt meam
De Erroribus pragmatico-
rum, & interpretum iuris
Chiliadem ante tot annos
inchoatam feliciter, tuisq;
auspiciis dicatam absoluerem
pergerem, Non solùm vt
extaret publicè qualecunque hoc & obseruantia, & gra-
titudinis in te meæ monumentum, nec longiore mora vr-
gentis officij gratiam labare sinerem, sed etiam, quod ad
nominis mei tuendam, si qua est, existimationem pertine-
re maxime videbatur, ne si in liberanda fide cunctarer diu-
tius, non modò iuris studiosorum omnium, sed tuam
quoque expectationem dolo malo fefellisse viderer, aut,
quod paris si non perfidia, saltem amentia & temeritatis
fuiisset, longè plura maioraque vltro præstanda recepisse,



ANTONII FABRI

I. C. SEBVSIANI SERENISS.

SABAVDIÆ DVCIS CONSILIARII

AB INTIMIS, ET IN SVPREMO

Sabaudia Senatu Præsidis

primarij,

DE ERRORIBVS PRAGMATICORVM

ET INTERPRETVM IVRIS,

DECAS LXXVI.

ERROR I.

De triplici culpa lata, leui, & leuissima.



VM tam frequens in libris nostris mentio fiat triplicis generis culpæ, latæ, leuis, & leuissima: Mirum est nondum constare inter iuris nostri interpretes quænam sit lata culpâ, quænam leuis, & quæ leuissima. Nam si consulas vetustiores distinguebant illi quinque species culpæ, latissimam, latiore, latam, leuem & leuissimam, Moti vt videtur ex eo, quod sicuti latam culpam passim Iureconsulti dixerunt, ita latiore dixit Nerua quem Celsus probat *in l. quod Nerua 32. D. deposit.* Quod si aliqua latior est quàm ea quæ sit lata, consequens est vt sit

etiam aliqua latissima, Ne vbi adest comparatiuus desit superlatiuus. Sed hanc sententiam bene iam ante nos refutauit Zasius, ex eo quod plus & minus non constituent diuersas species, nec faciant differre specie, vt loquuntur philosophi: Neque verò dubitandum est Neruam dixisse olim latiore culpâ, pro lata, sumpto per elegantiam comparatiuo propositiuo, vt aliàs passim inter bonos latinæ authoris: Non quasi sit illa media culpa inter latam & latissimam. Si quæ enim esset latissima culpa, esset illa haud dubiè cum quis ignorasse se diceret id quod omnes sciunt: Siquidem hic finis est latæ culpæ, vt loquitur Iurec. *in l. lata culpa 223. iunct. l. cedere 213. §. ult. De verb. signific.* id est vt ego interpretor, non potest lata culpa quantacunque extendi latius aut longius quàm ad eum vsque